



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

Regnault, Valère

Mogvntiæ, 1617

Cap. 37. De modo quo commodatum finitur,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78332](#)

Et ita si quis ab aliquo qui pecuniam mutuo dedit ei, equum accipiat commodato ad redditum in parriam, à latronibus casu fortuito spoliatus fuerit, non tenebitur (nisi aliter contentum sit) damnum equi refarcire; pecuniam autem mutuo acceptam restituet. Ratio est, quia cum celebratus fuerit contractus commodati quoad equum: & inutui, quoad pecuniam: dominium equi non fuit translatum, ideoque damno commodantis perit, pecuniae vero mutuatae dominium translatum fuit in mutuatariū, & ideo illi perit, non mutuanti.

Cæterum si creditor (*ex quocunque contra tu ei debetur*) designasset aliquem, per quem debitum ei mitteretur; tunc si ipsum periret postquam eidem designato traditum esset, periret creditor: quod expresse quoad commodatum, habetur ex paulo ante citatis legibus. Secus est vero, si creditor mitteret nuntium ad debitorem, qui dicat ei ut commodatum remittat: non dicat autem vt per ipsum remittat. Nam tunc non magis excusabitur debitor ei tradens commodatum, si pereat ante quam venerit ad manus creditoris; quam si id tradidisset cùcumque extraneo. Et ratio est, quia nuncius ille solum fuit destinatus vt debitorem ipsum moneret, mittendum esse commodatum, non vero vt per eundem momentem mitteretur.

Sed quid si creditor conuenisset cum debitore, vt pecuniam quam ei deberet, mittat per aliquem qui gestet certum signum, & aliud id audiens, signum assument, pecuniamque petat, & cum ea fugiat, cuinam illa perficit? Respondendum est distinctione. Si enim debitor manifestauit illud, quod conuerat inter ipsum & creditorem; idque fuit occasio, vt alias dicta ratione fingeret, peribit debitor. Si vero creditor manifestauit, vel dum ambo inter se conuenirent, tertius præteriens, aut assistens illis, id audiuit, probabile est quod debeat perire creditor: quia taliter pacificando, ipso occasionem dedit, vt pecunia periret, fuitque contentus, videbimus sic solueretur.

QUINTA conclusio est, cum qui rem precario accepit, si ea pereat, aut deterioretur, tenaci non tantum de dolo (quod Sylvest. sensit in verbo *Commodatū* quæst. 8.) sed etiam de lata culpa, vt idem melius indicat in verbo *Precarium*, quæst. 2. secutus Panormi, ad cap. *Precarium*, n. 14. De precario. Et ita expresse habetur ex lege. Quæst. 8. Eum quoque, ff. De precario: vbi dicitur, dolo de quo teneatur si qui precario accepit, contineri culpam solo proximam: que quidem est lata culpa.

Quod si obicias, antea generaliter dictum esse in contratu qui solum sit in gratianis recipientis, ipsum recipientem teneret leui, & leuissima culpa. Respondetur, optimo iure exceptum esse precarium ab illa generali regula: quia licet ipsum sit in solum bonum recipientis, est tamen reuocabile pro nutu & arbitrio concedentis: qua causa sufficiens esse potest, cur habenti precarium imputetur solum dolus & lata culpa. Nam leuem culpam imputare sibi debet concedens precarium (cum illud potuerit libere reuocare quoties vellet,) & multo magis leuissimum, ac casum fortuitum. Ad uerte autem recipientem aliquid precario non teneri de casu fortuito, sidem exceptionibus esse restrainingendum, quibus antea in secunda conclusione habitum est restrainingendum esse simile dictum de accipiente commodato. Nam precarium species quædam est commodatio neque datur ratio: quod oporteat aliud de eo sentire hac ex parte, quam de ceteris commodatis.

C A P V T XXXVII.

De modo quo commodatum finitur.

S V M M A R I V M.

479 Non tenetur qui rem commodato accepit, eam reddere ante term. num si prefixum.

480 Quis precari uni concessit absolute, potest illud reuocare quanto ei placuerit.

481 Quatenus alter quam voluntate concedentis, condendum si precarium finiri.

482 Ad quas impensis rei commodata teneatur commodating.

483 Quatenus commodatarius possit rem sibi commod. tam: et tenere loco compensationis aliquius debiri.

484 Que accidit rei commodata, simul cù ea cōmodata cōsentur.

485 Vbi res commodata restituenda sit, distinctione explicatur.

V M propriæ dictum commodatum sit, quo res ad certum tempus commodatur, & impropriæ dictum seu preclarum, quo res conceditur quādū voluerit is qui concessit (prout notauimus in n. 478.) certum est illud finitiū lapsi termini constituti, hoc vero voluntate eius qui rem concessit. Sed sunt quædam dubia quorū explicitationem subficeri oportet.

PRIMVM EST; an qui ad certum tempus expresse, vel tacite rem commodato accepit, teneaturante idem tempus finitus expōscente commodante statim illam ei tradere? Ad quod respondendum est negatiū, quia commodatarius ex vi contractus, ius habet commodatum retinendi interim dum durat tempus ad quod concessum est; ex Cap. vnico, De commodato. Vnde si contra ipsius liberum consensum, commodans rem ei eripiat, iniustiam committet: tenebitur; ad interesse, & ad damnū inde subfecuta, iuxta legem In commodato. Sicut, ff. Cōmodati: Quod notans Angelus in verbo *Commo latum* n. 4. addit; quod si commodans simile detrahitum passurus est, nisi antelapsum terminum rem commodatam habetur, tunc possit eā sine peccato sibi resumere. Sed Nauar. in En. bīr. c. 17. n. 182. existimat, quod esti ante commodatum factū possit quis re sua sibi prouidere, postquam tamen ipsum factum est, etiam si ex mera liberalitate processit, iam tale quid non esse ei licitum propter ius commodatio quæsiū per commodationem.

Quæ opinio plane videtur anteferenda, si commodans præuidenter, aut timuerit secuturum detrimentum, & nihilominus rem commodavit: tunc enim visus est se liberaliter exponere ei periculū. Quinimo etiam si commodant post traditam rem commodatam, gravis & inopinata necessitas superueniat, adhuc stare potest Nauari sententia: quoniam commodans, per traditionem rei commodatam translatū: vñsum illius in commodatariū, vnde reuocari non potest: sicut nec possit illius dominium, si per donationem facta traditione rei ipsum effet translatum. Non est tamen negandum, quin si commodant inopinata, & vrgens occurat necessitas rei commodate antequādū illam tradiderit, minime compellendus sit eam tradere, quantumcumque sequatur inde aliquod damnum ei cui promissa est, sive promissa non est, aliunde sibi prouidest. t. damnumque vitafest. Nam promissio non extendit ultra mentem promittentis: fed in ea inest tacita cōditio, dummodo tempore ad impletionem non superuenerit talis mutatio rerum, quæ si prænoscetur, nullo modo promitteretur. Quod à Seneca notatum approbat D. Thomas 2. 2. quæst. 110. art 3. ad 5. Vide Luidouicum Molinam in memorato tract. 2. in posteriore parte disputationis 294.

SECUNDVM DVBLIVM EST; an res quæ commodato minus proprio, hoc est, precario datur, possit reuocari à commodante quotiescumque ei placuerit? Ad quod respondendum est, posse quidem absolute, vt ante attigimus: & patet ex lege 2. ff. De precario: cui consonat textus in cap. finali, De precariis. Idque procedit, ex Panor. ad id. in cap. 3. cōd. 4. & Couar. lib. 3. var. resolut. cap. 15. in principio, etiam apolitū fuerit pactum de ea non reuocanda: quandoquidem tale pactum nullum est: vt pote contrarium natura precarii, & bonis moribus, cum non licet rem alienam possidere in uno domino, vt argumentat Celsus Iustis consultus lege Cum precario, ff. De precario. Ex istimandū tamen non est (vt eccl. ibid. docet Panormit. num. 13. Couar. nu. 6. itemque Angelus, & Sylv. in verbo *Precarium*) quod ita ad libitum concedentis reuocari possit precarium, vt in continentia faciat absque rationabili causa; & cum damno eius cui illud concessit. Nam concessio precarii est beneficium, quo iuuari oportet accipiente, non decipi. Quare si nulla in contrarium superuenerit causa rationabilis, aliquale tempus iudicio prudentis, ad vñsum concedendum est ei qui rem precario acceptit. Quamquam si reuera dolus absit, nec vñsum alteri oritur in commodum, cui ex charitate obuiandum sit; non videtur condemnandus ille, qui absque causa precarium ipsum statim reuocauerit, cum in eo vitatur iure suo.

TERTIVM DVBIUM EST; an aliter quam voluntate concedentis censendum sit precarium finiri; Respondendum est, cum designatum fuerit tempus ad quod vñque fiat; finiri, voluntate concedentis, sic & temporis designatio ipsius, prout Syli. & Angelus in verbo Precariis annotarunt ac præterea morte eius qui illud accepit, iuxta textum expressum in cit. cap. finali, & in cit. lege C^a precario. Idque etiam si cōtingat cum mori ante finitū tempus designatum: quia talis concessio est personalis, que extinguitur per personam, nec translat ad hæredes, ex eadem lege Cum precario. Iam si concessum sit absolute, quousque reuocetur, licet finitur morte accipientis; non finitur tamen morte concedentis. Vnde interim dū non fuerit ab ipsius hæredibus retinut, durabit: ex eadem adhuc lege Cum precario, & ex lege Qualiū §. Quod à Tito, ff. De precario, traditq; Cou. in cit. c. 15. n. 1. Et probat, quia presumēdus est quis in ea voluntate persistere possint, perinde ac posset ille cuiusdam precarium reuocare possint, ex Cap. fin. De precariis. Iam vero si precarium concessum fuit sub hac forma: vñque ad meum benefacitum; vel vñque dum hæc mea voluntas erit; tunc ipsum morte concedentis plane expirat, ex lege Locatio, ff. Locati & deductio ex Cap. Si gratiōe, De rescriptis in 6. traditique Panorm ad citatum Cap. fin. num. 6.

QVARTVM DVBIUM EST; an commodatarius reposcere possit a committante expensas quas fecit circa rem commodatam? Respondendum est, quod si ea fuerint ordinariæ, vt circa cibum, & hospitium serui, vel equi commodati, non posse, quia ipse ad tales tenet. Si vero fuerint expensæ extraordianæ: vt circa valetudinem serui, vel fugam illius, posse expostere nisi ca sint exiguae & leues: ad quas etiam ipse responderetur. Hæc expresse habentur ex lege In rebus, §. Postiū, ff. Commodati.

QVINTVM DVBIUM EST; an commodatarius licite possit rem sibi commodatam loco compensationis vel deductionis pro aliquo debito retinere in totum, vel ex parte? Ad quod Armilla in verbo Commodatum, n. 3. ac etiam Molina de iugl. & ure t. 2. disp. 267. art. 3. respondent, non posse. Sed communis sententia est in cōtrarium, prout nota est Syli. verbo Commodatum, quaest. 3. & Nauar. in Enchir. c. p. 17. n. 186 quia ex lege finali, Cod. De compensationibus, compensatio prohibetur solum in deposito: & coniuncte in aliis cōtractibus admittitur: cum exceptio generale regulam firmet in aliis, arguēto Cap. Dominus, 32. quaest. 7. Nec obstat lex finalis, Cod. De commodato quā sitat Armilla: quoniam ea loquitur de compensatione debiti tantum probabilis, hecque sententia intelligenda est, vt Syli. exprest, de compensatione debiti omnino certi & explorati. Conseruum tamen parce, & necessitate tamē valde urgente, viendū esse tali compensatione, cum naturalis ratio dicet, vt in deposito, sic in commodato ex vi contractus, seruandam esse fidem & conuentione de restituenda re domino à quo accepta est.

SEXTVM DVBIUM; an quæ accedunt rei commoda-
tæ, id est, que eam comitantur, vel sunt ei coniuncta, intelligantur, esse commoda: Ad quod respondendum est affirmatiue, ex lege. Si vt certo, §. vñque adeo, ff. Cōmodati; vbi exemplum ponitur: si tibi commodaui equum, quam pullus comitabatur, intelligitur etiam commodaui pullus.

OCTAVVM DVBIUM EST; in quo loco restitunda sit res cōmodata? Ad quod respondetur distinctione. Si enim conuentio facta est inter cōrāentes de re cōmodata restituenda in certo loco; ibi restituenda debet, ex lege Si vt certo, in principio, ff. Cōmodati. Si vero de loco nulla facta est expressio conuentio, tunc vel res accepta est in bonum tantum accōmodatii, vt plerum, ueſt, is illam restituere debet vbi accepta: quantiuis ipse alio mi grauerit: cum cōmodans non debet pati dannū ex officio charitatis & liberalitatis quod in commodando præfuerit. Vel res accepta est in donū tantum cōmodantis, & tunc cōmodatario sufficit illam restituere vbi ipsa existit. Nec enim tenetur expensas facere pro ea transferenda sed potius cōmodans, in cuius bonū gratis officiū suū præstet. Vel denique accepta est in bonum vñisque, & tunc restituenda est vbi accepta fuit: quia id videtur sequi ex natura huius cōtractus. Debet tamen ea restitutio-

fieri expensis vñisque: sicut in bonum vñisque celebratum fuit commodatum. Qui enim sentit lucrum, sentire debet & onus.

C A P V T XXXVIII.

De definitione ac diuīsione locati & conducti.

S V M M A R I V M.

- 486 Definitio locationis.
 487 Illius differentia ab emphyteusi.
 488 Conductio locationis respondens, & conductor ab ea nominatus.
 489 Locari possunt omnia, que vendi.
 500 Quando res locata pereat conductor.
 501 Quo modo ne cōfariū sit adiutoriū locationis, ut mercede cūniciaria interueniat.
 502 Decem similitudines inter emptionem & locationem.
 503 Varij modi quibus diuiditur locatum & conductum.
 504 Beneficiarius locare potest redditus sui beneficii sine licencia sui Prelati, & quatenus.
 505 Quatenus possit quis domum quam locare tenere.
 506 Non licet rem locare ei quia scitur male usus.
 507 An licet at rem l. cōabile locare cūlibet, qui creditur eanō male usus.

Definitio Locationis.

LOCATIO ex Hoffensi in sua summa tit. de locato & conductor, in principio, definitur; persona, vel rei concessio ad usum pro pecuniaria mercede. Quæ definitio indicat, quod vñ in emptione soluit pecunia tanquam pretium rei empti; sic in locatione solui pecuniam tanquam mercedem pro vñ rei, ac vñfructu seu perceptione emulmentorum quæ ipsa proferre potest. Item separat locationem ab emptione, mutuo, & permutatione, quibus rei dominium transfertur in alterū; cum per illā transfatur tantum vñs rei: sicut & per cōmodatum; à quo tamen differt; quandoquidem cōmodatum gratis fit, & locatio fit pro mercede ei que pecuniaria, id est, soluedā pecunia; prout indicat posterior particula definitio tradidit: per quā locatione adhuc distinguuntur a contratu in nominato. Dō vt des, vel vt facias: Facio vt des vel vt facias, quo licet aliquando solus vñs transferatur; tamen id non fit pro mercede, sed pro alia re; vt cum boues meos ad colendos agros tuos ad triduum tibi concedo ea conditione, vt tu vicissim concedas mihi ad triduum boues tuos ad colendum meos agros.

A B E M P H Y T E U S I autem quo modo locatio differat, aliqua difficultas est. Videtur autem dicendum quod distinguatur tantum, vt genus à sua specie, sed quæ tam multa superaddat, vt opus sit commodatis gratia, tanquam diuersum contractum, eam seorsim considerari. Emphyteus enim consitit solum in immobilibus, cum locatio consitit etiam in mobilibus. Deinde requirit scripturam, ex lege prima, Cod. De iure emphyteutico, cum locatio perfici possit solo consensu, sicut emptio, & venditio, ex lege 1. ff. Locatio in emphyteusi datur ab initio certa pecunia summa, & deinde constitutur modica pensio, quæ canon dicitur, nō pro rei fructibus, sed in recognitionem directi dominij; quod quidem non fit in locatione. Præterea emphyteus solet esse ad longum tempus, hoc est, Panorm. interpretat ad Cap. Propter fieri itat, de locato, & conductor, num. 17. ad decennium, aut ulterius; locatio vero ad brevem tempus, hoc est, infra decennium. Denique per emphyteusum cum vñl domino transit naturalis possessio rei, & ius in re, quod non fit in locatione: & ita in libro 4. Codicis ad titulum 65. Delocatio, & conductor, additur 66. De iure emphyteutico; vñl lege primaria emphyteuticum aperte constituitur diuersum à iure locationis.

Conductio autem est contractus quo persona, vel res ad usum, vel fructum comparatur pretio: respondetq; locatio, sicut emptio venditioni, ab eaq; conductor dicitur is, qui soluit mercede pro cōcessione sibi vñ rei, vel alterius rei; sicut à locatione locator dicitur is, qui pro mercede sibi soluenda cōcedit alteri vñl suū rei, vel persona. Accōductor